

## Aduertencias para

vt possint omnia illa quæ Episcopus in foro  
pœnitentiæ. Vbi etiam dicit, q̄ Pius. 5. con-  
cessit omnibus Episcopis & Archiepiscopis  
in Nono Orbe, vt possint cum omnibus fide-  
libus dispensare in omni irregularitate : ex-  
cepta illa quæ ex homicidio voluntario extra  
bellum, & ex Simonia. Et notabis, q̄ Reli-  
giosi habent priuilegia vt id possint, q̄ Epis-  
copus. Hæc ille. Hoc Breue Pij. 5. asseruatur  
in Archiuo Ecclesię Regum Limensis, vt re-  
fertur in Confessionario Limensi, vbi supra,  
fol. 15. pag. 2. in fine. Præcipuum vero ad  
hanc rem priuilegium illud existimo Adriani  
6. ad instantiam Caroli. 5. Imperatoris. Et  
sic valeat Secunda, hæc animaduersionum an-  
notationum & obseruationum pars, quã Ter-  
tia statim Deo dante subsequitur.

¶ Accipe igitur Christiane lector farragi-  
nem hanc [sic consulto] in tuã gratiam con-  
fectam : & vtinam in Dñi nostri Iesu Chri-  
sti laudem & gloriam profectum & consola-  
tionem animarum, & in obsequium Catholi-  
cę Ecclesię, cui me omniaq; mea & subiicio &  
submitto.

✱ IESVS MARIA FRANCISCVS.